Styrac. cal.
Benzoin.
Gumm. Anim. ana ʒij.
Succin. flav. ʒiij.
M. f. Pulv. groſſ. pro ſuffimigiis.
℞. *Gumm. Sagapen.*
Elem.
Tacamah.
Opopanac. ana ʒj.
Styrac. cal. ʒij.
Rad. Biſtort.
Gallar. ana ℈ij.
Ceræ & Tereb. ana q. ſ.
M. f. Empl. tenax, parti imponendum ad humiditates diſcutiendas.

CAPUT IV.

De Emollientibus Remediis.

§. 1.

E*Mollientia* ſive *μαλακτικὰ Remedia* ea dicuntur, quæ ſiccitatem atque duritiem præternaturalem corrigere, & humores quoſcunque coagulatos tenuiores ac fluidiores reddere poſſunt. *Emollientia quid.*

§. 2. Occaſionem autem inveniendis hiſce Remediis exhibuerunt varii corporis Morbi, partim interni, partim externi. Interni quidem ſunt *Alvi obſtructio*, à fœcum duritie, *Oris* & *faucium ſiccitas*, & ſimiles Affectus. Externè verò medicamentorum talium applicationem poſtulant varii *Tumores*, ſive à flatibus, ſive à ſanguine ſeroque extravaſatis oriundi, quemadmodum ſunt *Clavi pedum*, *Calli cutanei*, *Furunculi*, *Apoſtemata*, *Scirrhi glandularum*, *Heruiæ*, *Tumores flatulenti*, *Ganglia*, *Fungi*, &c. *Occaſio inventionis.*

§. 3. *Ma-*

Eorum m

§. 3. *Materia* Emollientium eſt partim *interna*, partim *externa*. *Internam* materiam præbet varia principiorum proportio in componendis Emollientibus. Sic partim *conſtant particulis mucilaginoſo-aquoſis*, cum *blando Sale volat.* occulto junctis, prout ſunt, pro uſu interno æquè ac externo, *Radices Conſolidæ majoris, Lilior. alb. Liquiritiæ, Malvæ, Althææ, Semina Pſyllii, Lini, Cydoniorum, Fœni græci, Gummi Tragacanthi, Telephium, Ficus, Folia Herbarum* omnium *emollientium, Sempervivi*, ac *Ficus indicæ*. Inter *compoſita externa Emplaſtrum de Spermate Ceti, Emplaſtrum de Mucilaginibus*, & *Diachylum*. Partim emollientia conſtant *particulis balſamico-oleoſis, ſale volatili blando alcalino ſociatis*, quarum ratione etiam *Emplaſtica* ac *Suppurantia* vocitari poſſunt, quemadmodum ſunt *Chamomilla, Verbaſcum, Gallium luteum, Melilotus, Hypericum, Crocus, Amygdalæ, Mel, Terebinthina, Cera*. Partim conſtant *particulis ramoſis pinguibus* & *oleoſis*, uti habemus *Oleum Olivarum, Lilior albor. Violar. purp. Lini, Verbaſci, Chamomillæ, Amygdalarum dulcium, Vulpinum, Roſaceum*. Quò etiam pertinent *Lac, Pinguedines*, & *Axungiæ Animalium*. Partim denique conſtant particulis *ſalinis*, aut *ſalino principio immerſis*, quemadmodum ſunt *Plantæ* omnes *emollientes*, partibus *nitroſis* & *abſtergentibus* turgentes.

Sed & gradualis obſervatur differentia in Emollientium Claſſe, in quantum alia præ aliis conſtant pluribus aut paucioribus particulis laxantibus.

§. 4. *Emollientia* autem ſingula pro diverſitate Affectuum diverſo modo adhibentur, & quidem nunc ſub formâ *Cataplaſmatum*, quali modoetiam ſuppurant, Abſceſſibus hinc maturandis deſtinata, nunc

nunc usurpantur sub formâ *Linimentorum*, *Balsamorum* aut *Oleorum*, quomodo in Sugillationibus ac leviculis Inflammationibus conveniunt, inprimis si *Olea* talia imprægnata fuerint plantarum quarundam sale volatili alcalino, uti sunt *Olea Rosarum*, *Liliorum alborum*, *Meliloti hortensis*: Nunc sub formâ *Unguentorum*, in Tumoribus flatulentis, strictisque partium fibris & tubulis: Nunc sub formâ *Emplastrorum* in variis Tumoribus Lymphaticis aut scirrhosis: Nunc tandem sub formâ *Fotuum* aut *Clysmatum*, in Doloribus Partium, vel etiam in adstrictâ Alvo.

§. 5. Latè enim patet Emollientium usus, diversissimique sunt *Affectus*, in quibus optimè conveniunt, sic *Scybala Alvi indurata*, sic *Crustæ*, *Escharæ*, *Squammæ*, sic *Clavi* eradicandi, *Verrucæ* extirpandæ, *Calli* ac *Tophi podagrici*, *Aridurè Tendinum* & *Nervorum*, & hinc enatæ *Contracturæ*, *Calli ossium*, *Calculi* & *Ischuriæ*, *Dolores colici*, *Tumores* omnes *Dolorifici* glandulosarum partium, *Abscessus* maturandi, *Dolores* etiam partium varii, non nisi *Emollientia* desiderant Remedia.

§. 6. Hinc est, quod ipsæ particulæ *emollientium* Remediorum simul sint *anodynæ*, quatenus strictas laxant fibras, sicque humori stagnanti dolorifico transitum iterum conciliant; Sed & eadem Remedia *suppurantia* quoque dici possunt, quoniam sanguinem extravasatum & stagnantem coquere, & in pus convertere possunt, naturam extus adhibita in puris generatione juvando, calorem nimirum partis fovendo, motumque stagnanti humori restituendo, in quo particulæ fermentationem quandam subeuntes, sensim ac sensim exaltatis magis particulis sulphureis, in pus convertuntur.

§. 7. Quum autem ex dictis pateat, Remedia *emollien-*

emollientia interdum ſuam exercere virtutem mucilaginoſis quibuſdam particulis, iiſdemque vel oleoſis, vel aquoſis, facilè hinc quoque colligitur, non in omnibus illa Affectibus eſſe applicanda; ita enim Ulcera ferè omnia potius *Siccantia*, quàm *Emollientia* poſtulant: Sic Sciſſuræ Papillarum, aut Ani, Uterique Rhagades *Emollientia* requirunt *Siccantibus* permixta, & hinc in talibus Affectibus *Mucilago Seminis Pſyllii*, vel *Cydoniorum Aquâ Plantaginis* extracta, atque *Litharygrii pulvere* ſociata, optimè deſiccant & perſanant. In ſcrophuloſis glandularum Tumoribus, à lymphâ coagulatâ, ſubinde in receſſu acri, oriundis, non licet *Emollientia* ſive *Cataplaſmata*, ſive *Emplaſtra* applicare, utpote quod hac ratione in tubulos magis laxatos & emollitos plus ſemper lymphæ novæ coagulabilis influat, ſicque Tumor inſigniter augeatur, tandemque in fœtidum, imò & quandoque in cancroſum deleterium Ulcus degeneret. Ita Fœmina ante biennium nobis viſa eſt, cui ſub maxillâ inferiore dextrâ in Febre ephemerâ exoriebatur glanduloſus tumor, leviculo dolore moleſtus, minus inflammatorius, ſub cute aliquantillum mobilis, cui poſtquam Chirurgus, ſive incautus, ſive non adeo peritus, partim *Emplaſtrum* de *Mucilaginibus*, partim etiam *Cataplaſma emolliens*, ac uti prætendebat, *Diſcutiens*, per aliquot dies impoſuiſſet, tumor inde ſtatim incrementum ſuum ſumere cœpit, tandemque non ſine atrociſſimis Capitis doloribus ad capitis humani magnitudinem augebatur, & cùm poſtea minus feliciter ſuppuraretur, jactabundus idem Chirurgus, inciſione cum ſcalpello aliquoties repetitâ, non ſolùm pus minus laudabile, ſed & ſanguinis multum, tandemque ſpatio aliquot ſeptimanarum ipſam miſerrimæ

Fœminæ

Fœminæ animam infeliciter extraxit. Ubi autem ſerum plus minus ſalſum ad partem quandam fluere incipit, ibi ab *Emollientium* uſu ſibi maximé eſt cavendum, ſolaque *reſolventia* & *diſcutientia* in uſum trahenda.

Cataplaſmata.

℞. *Radic. Lil. alb.*
Alth. ana ℥iß.
Herb. Malv.
Branc. urſin.
Flor. Chamom. ana M j.
Semin. Pſyll.
Fœn. græc. ana ʒvj.

M. f. pulvis Lacti incoquendus, hinc pultis formâ craſſius linteo inducendus, & calidè ſæpius applicandus in Apoſtematibus.

℞. *Farin. Rad. Malv.*
Alth. ana ℥j.
Sem. Lin. ʒvj.
Mic. panis ℥iß.
Ficuum pinqu. num. iv.
Croci ʒj.

M. F. cum Lacte Cataplaſma.

℞. *Radic. Bardan.*
Lil. alb. ana ℥j.
Herb. Alth. Parietar.
Violar. Semperviv. ana M j.
Semin. Cannab. ʒvj.
Pingued. Anſer. ℥iß.
Lact. q. ſ.

M. F. Cataplaſma.

℞. *Herb. 5. emoll. ana* M j.
Farin. rad. Alth.
Liquir.

Sem.

Sem. Psyll. ana ʒvj.

Misce & in Aquâ coque ad Formam Cataplasmatis.

℞. *Radic. Alth.*
Malv. ana ʒvj.
Herb. Mercurial.
Violar.
Parietar.
Betæ.
Flor. Melilot.
Verbasc. ana Mß.
Semin. Lini. ℥ß.
Anis. ʒij.

Incis. & contus. coqu. in s. q. Aqu. font. vel Lact. Colatur. ℔j. *adde*
Mell. Violac.
Olei Olivar.
Lil. alb. ana ℥j.

M. F. Clyster. debite injiciendus.

℞. *Radic. Lil. alb.* ʒvj.
Malv. ℥ß.
Herb. ʒ. *emoll. ana* Mß.
Flor. Melil. Pj.
Semin. Fœn. græc. ℥ß.
Dauc. ʒij.

Incis. & contus. coqu. in s. q. Aqu. font. Colatur. ℥xij. *adde*
Ol. Lil. alb. ℥iß.
Elect. Lenit. ʒvj.
Salis comm. ℈ij.

M. F. Clyster.

℞. *Juscul. Carn.* ℥x.
Ol. Violar. vel
Oliv. ℥iij.
Mell. rosac. ℥iß.

Salis

Salis comm. ʒj.
M. F. Clysma.
℞. *Herb. Malv.*
Alth.
Mercur.
Flor. Chamom. ana ℳj.
Semin. Cumin.
Bacc. junip. ana ʒij.
Incis. & contus. coque in Lactis q.s. Colatur.
℔j. *adde*
Crem. Hord. ℥j.
Ol. Amygd. dulc. ℥ij.
Sacch. alb. ʒiiß.
M. F. Clyster.
℞. *Ungt. de Alth.* ℥j.
Axung. capon. ℥ß.
Ol. Violar. ʒvj.
Rosac. ʒij.
M. F. Linimentum, calidè inungendum.
℞. *Butyr. rec. non salit.* ℥j.
Pingued. Cat. ʒvj.
Axung. Cerv. ℥ß.
Ol. Verbasc. ℥j.
Hyosc. expr.
Hyper. ana ʒiij.
Ovor. ʒij.
M. F. Linimentum d. ad Oll.
℞. *Ungt. rosat.* ʒvj.
Spermat. cet. ʒij.
Farin. rad. Alth. ʒj.
Olei Ceræ ʒiiß.
M. F. Ungt. d. ad Oll. Pro inungendo pectore dolente.
℞. *Ungt. pomat.* ℥j.
Crem. Lact.

Olei Ovor.
Hyperic. ana ʒij.
Magist. antimon. diaph. ʒj.
Bol. armen. ℈ij.
Ceræ flav. q. s.
M. F. Ungt. d. ad Oll. Pro Fissuris Labiorum, Papillarum & Ani.

℞. *Ungt. pomat.* ℥iß.
Axung. human. fœmin. ʒvj.
Ol. Amygd. dulc. &
Semin. Cucum. ana frigidè express. ℥ß.
Magister. Marcasit. ʒvj.
Ol. Ovor. q. s.
M. F. Ungtum. d. ad Oll. pro Nitore & Mollitie faciei conservandâ, si singulis noctibus inungatur.

℞. *Farin. radic. Alth.*
Sem. Lin. ana ℥ß.
Gumm. Ammoniac. ʒvj.
Ceræ Virgin. ℥iß.
Terebinth. & Olei Ovor. ana q. s.
M. F. Emplastrum.

℞. *Pulv. rad. Malv.*
Alth. Irid. Flor.
fol. Mercurial.
Parietar.
fl. Melilot.
Verbasc.
Malv. hort.
Semin. Fœnigr.
Cannab. Apii,
Baccar. Laur.
Junip.
Gumm. ammon. Aceto sol.
Styrac.

Styrac. calam ana ʒij.
Axung. porc. ℥ß.
Ceræ ac Tereb. ana q. s.
M. f. l. a. Emplastrum emolliens.

CAPUT V.

De Remediis epicerasticis, edulcorantibus, &c.

§. 1.

QUæ ad corrigendam humorùm qualiumcunque acrimoniam salinam plus minus corrosivam, sensumque exasperatum fibrarum membranacearum retundendum, efficacia deprehenduntur remedia, generali *Epicerasticorum*, atque *Temperantium* nomine venire solent, appellantur tamen etiam *Edulcorantia* vel *Dulcificantia*. Optimè hæc distinguit *Clariss. Mangoldus*, in *Ideâ Materiæ Medic. tripartitâ*, in *communia* & *propria*, quorum illa cuilibet acrimoniæ & salsedini Humorum emendandæ, hæc autem nonnisi certæ acrimoniæ salinæ in specie corrigendæ inserviunt, utraque tum respectu principiorum, tum qualitatum suarum multum diversa, quæ proin à medico studiosè sunt discernenda, siquidem pro variâ Morborum indole & causâ, modo hæc, modò illa, ad scopum dulcificationis eligenda veniunt. *Definitio & Synonymia.*

§. 2. Ad hanc Classin primò referimus illa, quæ principio potissimum terreo, alcalino pollent, quorum particulæ sunt porosæ, quæ intra corpus humanum admissæ Humorum acredini resistunt, acidas, salinas, acutas moleculas absorbendo, imbibendo, obtundendo, vel etiam invertendo, quæ proin specialiùs *Absorbentia*, *Imbibentia*, *Invertentia*, *Absorbendo edulcorantia.*